Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322630

Theses Juridicae Inaugurales.

12.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

DIDERICUS JOHANNES HENRICUS VAN EEDEN

RHENO-TRAJECTINUS.

A. D. 28 M. Junii, anni MDCCCXLVIII, hora 2.

Trajecti ad Rhenum,

APUD C. BIELEVELT.

MDCCCXLVIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VIDUAE P. MUNTENDAM ET FILII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Qui meretricem rapuit non incidere videtur in leg. unic. Cod. *de Raptu virginum* (IX. 13.)

II.

Mulier apud Romanos per tempus matrimonii habebat dominium rerum propter nuptias donatarum.

III.

Explicatio legis 8 pr. Dig. *de Servitutibus* (VIII. I.) Schraderiana, quam ita proposuit: „solius amoe-„nitatis causa servitus praedii, cujus exercitium ita „comparatum sit ut in praedii vicini spatio non „prorsus separato versandum sit, constitui nequit," minus probanda videtur.

IV.

Romani traditionem non distinxerunt veram et fictam neque symbolicam, sed unice veram agnoverunt.

V.

Si instrumento nuptiali, quod dicitur „huwelijk-„sche voorwaarden," adjicitur pactum, quod secundum Art. 197 Cod. Civ. adjici prohibetur, ipsum instrumentum non fit nullum.

VI.

Usufructuarius jure novissimo proprietarium cogere non potest ad graves faciendas refectiones.

VII.

Detrimenti ex vulneratione capti compensatio secundum Art. 1407 Cod. Civ. etiam postulari potest propter cicatricem exinde relictam.

VIII.

Actus, qui „respectueux" dicebantur, merito in nostro codice novo abrogati esse videntur.

IX.

Testium recusatio, ante instituta quam judex in rem ipsam probandam inquirere coepit, tempore utili facta esse videtur.

X.

Obligatio, quae mercatoribus incumbit libros per triginta annos servandi, non ad epistolas referenda esse videtur.

XI.

In cambiis scriptura fit obligatio.

XII.

Navium exercitores, tum ex contractu magistri, tum ex delicto obligati, navem cum naulo dedere possunt.

XIII.

Constitutum in Art. 474 Cod. Merc. nostri praeferendum mihi videtur Art. 294 Cod. Merc. Francici.

XIV.

Mercator, qui obligationibus suis mercatoriis satisfecisse apparet, sed ceterum aes alienum non solvit, in decoctorum numero haberi potest.

XV.

Poenam mortis necessariam et justam esse defendo.

XVI.

Plane juris criminalis principiis adversari constitutum in Art. 17 Cod. Crim. pro copiis terrestribus censeo.

XVII.

Reconciliatione conjugum facta, actio publica adulterii semel instituta derelinqui nequit.

XVIII.

Qui ad poenam infamiam inferentem condemnatus indulgentia principis remissione poenae donatus est, non est inhabilis testis.

XIX.

Quod constitutum est in Art. 354 Cod. Poen. non videtur esse extendendum jure Neerlandico ad eos qui jam unius et viginti annorum aetatem attigerunt.

XX.

Codices militares non habent vim legalem.

XXI.

Judicis est legem applicare etiamsi contrariam legi fundamentali.

XXII.

Jure gratiae, quod ex Art. 66 legis fundamentalis regi tributum est, rex uti potest, etiamsi condemnatus gratiam non invocaverit.

1900170